

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

25. De statu inuestigando: Et de Causis Asystatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

bus causis exordia ad texere, trahereque diffusis, & in transitionibus, ac patergis luxuriare, quæ omnia ludentium sunt potius declamatorum, quam negotiorum hominum.

Quarum ad eos pertinet, qui longos amant circuitus, & diem, quod ait, dicendo eximere. Benè de hac te monet Paschalius, V.C.

Quæ ratio (inquit) est adstricti moris, totiusque adeò vita, eadem quoque est sermonis: ut enim in libera ciuitate fatendum est multa redundare in moribus, ita in orationibus, quæ ibi habentur, multa plerumque in effusis procacitas linguis, & superfluens quedam verborum luxurias similis morum. Id totum in aula excipitur magno derisu, & exponitur pari fastidio. Quippe aulico palato, id est, docto, & eruditio, nihil magis ad gustum est, quam soberetas quedam ponderosa. Senatores liberi populi hoc se amplectuntur, quod multo sermone diem eximunt, ac multa libertate agunt.

At in aula hæc libertas est pro lascivia, & nisi temperatur, continuo deridenda propinatur. Neque enim nuda, aut sola placet, sed ita si obnubitur grata illa suauitate, quam pro-gignit peritura morum Principis. Illa quidem simplicior, hæc artificiosior. Et vero attenti, & perspicaces rerum estimatores latius intelligunt, in ijs gentibus, quæ regnantur, vulgarem sermonem, cui merito nomen indi potest morum speculo, præ se ferre nescio quid pressi, concinni, neruosi, quale extat illud de Menelao dictum, qui,

Επιτροχα δην ἀγύρεος
Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγίας.

GENVS IVDICIALE.

De statu, & tractatione causarum.

CAPVT XXIV.

Restat ut Patronum, armis pietatis, eloquentia, & eruditionis instructum in causarum tractationem, quasi in academiam educamus. Qua in re primum cognoscenda sunt, quæ à Græcis sacerdotiis appellantur, de quibus, cum infinita sint prope apud Rhe-

tores Græcos sermonum curricula, libet rem in pauca contrahere.

Status (ut ex vulgatis definitionibus con-^{Statua}flat) est quaestio, quæ ex primo causarum quid. conflictu nascitur, in quo sciendum est, quod habet Tullius, quid sit intentio, depulsio, quaestio, ratio, ratiocinatio, confirmatio, quæ D. August. in sua Rhetorica fuisse explicat.

Intentio igitur est, cum crimen aliquod intenditur ab aduerario, ut C. Flaminus Tribunus plebis Rem publicam male gessit: hunc pater suus consilium plebis habentem de templo deduxit. Arguitur à filio læse maiestatis.

Depulsio, cum crimen defenditur à reo, ut non læsi maiestatem: ex hoc conflictu statutus sit.

Quæstio an maiestatem læserit Caij Flaminij pater?

Ratio, quid assertur in causa fundamen-tum, ut in filium meum potestate vñsus sum (inquit patens.)

Rationis confirmatio, cum diluitur, quod ad fulciendam causam assertur. At enim, qui patria potestate, hoc est priuata auctoritate, Tribunitiam potentiam, videlicet populi potestatem minuit, is maiestatem læsit. (Aignit filius.)

Iudicatio σηρόματος summa totius rei, & status questionis, ad quem collineare debent omnes argumentationes. An minuat maiestatem, qui in Tribunitiam potestatem patria au-thoritate vtatur.

Longum est recensere, quot sint in hac parte scholasticorum, tum Græcorum, tum Latinarum inceptæ, qui infinitas propæ preceptorum minutias de statibus congerunt. Ne tamen artis formulæ ignorarentur, placuit istud ex Curio Fortunatiano vetere iurisconsulto subiungere.

D E S T A T U I N- uestigando.

Et de causis Asystantis.

CAPVT XXV.

Assistantæ, quæ appellantur causæ sine statu, & fundamento, secundum Her-^{quomodo} magoram sunt quatuor modis, quum dignos-^{cuntur.}

Asystantæ
causa sine
funda-
mento

Kkkk 2

cii

Aousatōw. est, aut *ἰδεῖν οὐσια*, aut *ἰσάγειν*, aut *με-*
plurage- *νοῦσον*, aut *ἀποθέ-*
nera re- *πείναντα*.
censet Ellipusa, quum aliquid deest ex circum-
Hermo- stantibz, quod faciat questionem: vt si aliquis
genes. abdicatur, nec abdicationis vlla sit causa. Ea-
τεπὶ τῶν *χρήσην πείναντα*, & *χρήση μοποίον*, &
τάστων.

Iazuza, quum eadem ex utraque parte di-
cuntur, & nihil proprium est partis alterius,
vt, Duo adolescentes vicini speciosas uxores.
habant, accusant se adulterii. Quicquid e-
nim altera pars dixerit, idem & altera dictura
est. Eandem: *ἴσομερη*, & *κατ' ἴσοτηλα*, &
καρισότηλα nominant.

Monomes, quum ex prima parte tantum
constat, nec quicquam ex secunda afferri po-
test. Hac eadem *ἐπερμέρης*, & *κατ' ἐπερ-*
μέρης.

Aporos, quum iudex non inuenit, quum
sententiam dicat: *vt*, tres similiter agebant, duo
soli reversi sunt: accusant se inuenit ex-
dis: *Hic enim iudex non inuenit*, quid se-
quatur, cum uterque ab altero dicat occisum,
& nihil utrobique ad probationem afferri pos-
sit, deficientia circumstantia.

Ayistato- Sunt & aliae species, quas apud varios arti-
rum sine um scriptores inuenimus, *vt*, *ἀνέστη θόα*,
causarum *ἀχρωμος*, *ἀνύπατος*, *ἀπίδαιος*, *ἀπεργης*,
sine statu, *ἀνάτριχος*, *πατισοπατισο*, *ἀλογος*.

Ex funda- Antistrepusa, quum actionem suam con-
mento alia vertunt litigantes. Talis fuit causa Protagore,
species. & Euatli, de qua dixi lib. 6. c. 28.

Achromos, quum color facti non inueni-
tur: *vt*, Decem milites belli tempore pollices
sibi amputauerunt; rei sunt laeti Reip.

Adynatos, quum id in themate ponitur,
quod sit contra rerum naturae fidem: *vt* si in-
fans accusetur adulterii.

Apithanos: cum id inuenimus in themate,
quod minus verisimile est: *vt* quum oculos
cæci recuperasse dicuntur. Quæ materiæ (*in-*
quit) solent recipi; quoniam, quamvis minus
verisimile sit, oculos recuperasse cœcum, ta-
mén possimus credere à diuina maiestate:
alicui aliquando hoc esse.
concedum.

De causis cacostratis.

C A P V T XXVI.

Cacostrata sunt, que leui, & ruinoso
fundo innituntur, *vt* sunt *ἀρπαγή*, *Carphi-*
κανῆς, *ἀνάγκης* *μετὰ παρ* *ἴσοτηλα*, *βασιλε-*
ἄλογος.

Aprepes, quum aliquid personæ incongrua-
ens inuenitur, *vt*, vir fortis præmium accipiat.
Quando fortior fecit, petit præmij nomine
menis in-
nuptias filia suæ.

Anæschyntos, quum prima pars impudens
inuenitur, *vt*, luxuriosus pater abdicat filium
frugi.

Parhistoria, quando in controvèrsia inueni-
mus, quod sit contra historiæ fidem.

Alogos sine ratione componitur: quamvis
omnia *ayistata* *ἀλόγως* dici possint, siqui-
dei *nus* *quam* in his ratio teperiti potest.

De ductu.

C A P V T XXVII.

Vum cognouerimus materiem consi-
stere, ductum quærimus, hoc est, mo-
dum, quo tota causa agenda sit.

Ductus sunt quinque, simplex, subtilis, fi-
guratus, obliquus, mixtus: simplex, quum facilius,
simpliciter id agimus, ita, *vt* in themate pos-
sumus. Subtilis, quum aliud est in themate, posse, inqui-
re aliud in agentis voluntate.

Mixtus, quum palam dicere pudor im-
pedit.

Obliquus, quum periculum prohibet ap-
teagere.

Mixtus, qui est ex varijs compositus.
Simplex ductus, *vt*, Inuentus est quidam
iuxta cadaver, recens hominis occisi, fitreus Ductus
cædis: causatum litis est, *quod sit inuen-* *quinq-*
tus, *quod est præteriti temporis*, & ideò ve-
modi *rum* est consilium, ac per hoc simplex est du-
ctorum *et* *causa* *et* *agenda*.

Subtilis, Amicos non habet; abdicatur: Sub-
tilis inquinat est ductus: quoniam aliud est in
themate, aliud in agentis voluntate: nam
quantum est in themate, abdicat filium, non
tamen verè abdicat, sed titulo abdicationis
et *causa* *et* *agenda*.

Ergo.